



**Chronologiæ Veteris Testamenti Accvratvm Examen  
Augustiſimæ, Invictissimæq[ue] Domui Austriacæ  
Dicatvm**

**Philippi, Henricus**

**Coloniae Agrippinae, 1637**

2. De annis Cambysis, & quis fuerit Assuerus ille, de quo 1. Esdræ 4.v.6.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64340](#)

Caluistus didicerit, eos Iudæam attigisse mensē sexto, & non aliquando  
Sacrificia initio mensis septimi restaurata, docet hic sacer historiam  
prima dies huius mensis illo tempore in 30. Septembri incident, quia  
piam dubitauerit, cùm reuera tunc Luna citius in iugo fuerit, & 27a  
tembris Juliani mensis septimus int̄re potuerit.

Verf. 8.

Secundo autem anno aduentus eorum ad templum Dei in Ierusalem meos  
Terra fundamen- Addunt Græca Sixti, hanc rem gestam in nouilunio istius mensis,  
secundi habet Esdræ tertius cap. 5. v. 37. Et fundauerunt templum Dei, annis  
Templi- mensis, secundi anni cum venissent in Iudeam & Ierusalem. Quo vero  
stum anno facta sitista templi fundatio, ex dictis quadantenus pacem  
varijs regressioneis in Iudæam annos consignent; non possum  
huius negotij tempore idem sentire & loqui. Capellus hoc in annum  
538. coniicit, Caluistus in 530. Malim cum Petaviio & Sallano in 536.  
Addit Petavius in computo Iudaico tunc Neomeniam secundi ne  
disse in Aprilis 28. fer. 7. iacta itaque templi fundamenta postride, &  
fer. 1. que computatio aptissimè ad meas tabellas quadrat, cyclo Schol.  
17. Epacta 1. Fateor tamen, anno præcedenti, non incommodè  
instauracionem fieri potuisse, iuxta ea, quæ iam in v. 6. notata sunt.

## I. E S D R A E IV. v. 6.

In regno Assueri, in principio regni eius, scripsierunt accusationem &c.

## QVÆSTIO II.

## De annis Cambyses, &amp; quis fuerit hic Assur

Cambyses  
Cyro suc-  
cessor 1. CAmbysem Cyro sufficiunt Xenophon lib. 8. de Cyri padu-  
lib. xi. Antiq. c. 2. Thucydides lib. 1. historiae. Ptolemeus in  
Eusebius in Chronicō, Sulpitius lib. 2. sacra hist. Beda, Freculphus  
rianus Scotus, Nicephorus Const. Bellaria inus, Gordonus, Torri-  
tius, Salianus, Peraius. Vnde appetat hallucinari Beroaldus, qui libe-  
nol. cap. 8. ait se neq; post Cyrum nominare Cambysem, neq; politi-  
gos, neque post hos Darium Hystraspis: quia nomina, inquit, quia nomen  
in Scriptura, à nobis sunt prætermissa. Sic nempe nostri temporis Nonnos  
gustijs deprehensi, ad solam Scripturam prouocant, quasi nihil in veritate  
in ea non fuerit expressum.

2. Porro Salianus ad an. m. 3524. num. 1. aduertit condemnare hoc loco  
rum vocari & Artaxerxem ex translatione 70. Sixti, que pro Assueri  
taxerxem habet, & lib. 3. Esdræ cap. 2. ubi haec describuntur soluta-

mentio habetur. Denique in quibusdam alijs exemplaribus sic legimus; In regno  
Affueri, ipse est Artaxerxes in principio regni eius. Idem obseruat hic Meno-  
chius, Torniellus in Annalibus, Pererius lib. 13. in Dan.

3. Quare non assentior Capello, dum ad an. m. 3471. ait, Assuerum, cuius *Contra*  
hic sit mentio esse Magum illum, qui nomine Tanyoxaris, regnum obtinuit, eo *Capellæ*  
quod Tanachaschueros, idem videatur esse, quod Tanyoxares, sive Tany-  
oxes. Verum hæc ipsa ratio, si quid valet, auctorum iam relatorum interpre-  
tationem potius, quam Capelli opinionem probat. Nam Artaxerxes, Ca-  
pello est Cambyses, & Tanachueros idem significat quod Tanyoxarces; eadem  
ergo persona erit Affuerus, Tanyoxarces, & Artaxerxes, quem Iosephus Cam-  
bysem fuisse testatur, nec vlo verbo, alterius regis mouet suspicionem, cuius re-  
specto templi fabrica fuerit impedita. Magus ille regni inuasor, nō nisi 7. men-  
sibus ea tragœdia, fratre suo adiuuante imperatorem egit. Est ergo creditu dif-  
fabile populos ludæis vicinos, tam cito de personato illo Monacha nuncium  
accepere, accusationem cūdere, & negotio confecto editum inhibitorium,  
ab eo, qui lucem perpetuo fugiebat extorquere potuisse. Taceo in hac simplici  
narratione Affueri nomen prius positum, quam Artaxerxis, cum liquido con-  
fiteretur, Cambylem Mago priorem fuisse. Quare probabilius Capello philoso-  
phus Petauius lib. 12. cap. 26. quo asserit vel Cambylem vtroque nomine si-  
gnificari, quod cum Iosepho, Torniello, Mariana, Sa, & alijs arbitrari, vel cer-  
te Affuerum esse Cambylem, & Magum illum regni inuasorem hic Artaxer-  
xes nominari.

4. Anno ante vulgatem Christi epocham 530. Torniellus & Salianus in *Initium*  
Chronon regio Cambylem locant: id anno 529. faētum puto, vt notaui in tabulis *regni*  
*Cambycis:*  
Synopicos. Idem postea edidit Perauius lib. 10. cap. 16. & lib. 13. ad an. m. 3455.  
Idem fere sentiunt Neoterici, qui hæc accuratius inquirunt, & fauet in Cano-  
ne Ptolemæus, vbi annus primus Cambylis est Nabonassareus 219. quem no-  
bus aperit d'es. Ianuarij fer. 5. anno illo ante Christum 529.

5. De annis quibus Cambyles imperavit, et si non magnum, est tamen ali-  
quod inter auctores dissidium. Clemens Alex. lib. 1. S. Romatum, ex antiquo  
Chronologo annos vndevigintieum regnasse tradit, vno minus Cresias. Non-  
nulli octo annos Cambylis, & Mago successori, 7. menses tribuant, vt Eusebius,  
Beda, Ado, Marianus Scotus, Gordonus. Iosephi hac de re sensum aperi lib.  
1 Paralip. q. 3. nu. 10. Mago 7. menses plerique deputant: Cambylis autem an-  
nos 7. & 5. menses, cum Herodoto inscribunt Pererius, Torniellus, Salianus,  
Perauius, quibus iij consentire videntur, qui octo annos ab interitu Cyri, vñq;  
ad regnum Darij Hystaspis constituunt, vt Ptolemæus in catalogo regum Per-  
serum, Freculphus, Bellarminus, Ribera, Samerius, Mercator &c. Hinc  
depres-

deprehenditur error Iosephi qui annum integrum Mago attribuit, qui videtur Freculphus, Minus à communi calculo recedit Theodorus Smerdi Mago dat 9. menses, & Bellarminus, qui semestre spatiu

6. Si plures anni , quam 7 & 5. menses Cambysi placet annuum-  
dum erit , eum annis aliquot Cyro adhuc superflite , in spem auctoris  
imperij adscitum fuisse , iudice Petauio illo cap. 16. vbi etiam pruden-  
tatur errore librarij factum ut libro ; Theophilii ad Autolycum , p. 15.  
Cyri , 38. ponerentur , adiecto ad summam octennio . quod Cambysi & Ma-  
imputari .

QVÆSTIO III.

*Quis fuerit ille Darius, sub quo templum est in  
ratum.*

**I. opinio.** **Arg. 1.** **H**Vnc Darium Nothum fuisse asseuerat Scaliger assentiente  
Primo exibit. Esdræ cap. 4.v.8.11.2.; vbi de Artaxerxe agitur.  
lo autem ultimo & duobus sequentibus capitibus natratura  
sub Dario ad templi restaurationem gesta sunt. Denique cap. 7.v.17.18.  
xuntur, quæ alio Artaxerxe imperante contigerunt Ergo Darius ille qui  
pli fabricam promovit, inter duos Artaxerxes medius fuit: quod tri  
bus Persarum conuenit, quam Dario Notho, qui Artaxerxem Lou  
num lecutus est, Arraxerxem Mnemonem antecessit. Ante Darium uen  
Hystraspis Cambyses fuit, aut si mauis Smerdes Magus: post huc Dar  
xes imperauit. Secundò probat ex Nehemias 12.v.22. Leuita in deo Is  
iada, & Iohanan, & Ieddoa scripti principes familiarium & sacerdotes magnoli  
fa. Hic Darius sine dubio fuit Codomanus, quem uicit Alexander, &  
sue Iaduas, sue laddus cuius hic fit mentio, is est, qui Alexandri M  
rosolyma ingredienti obuiam in habitu Pontificio venit. Ex quibus et  
Scaliger Nehemiah huic libri auctorem, usque ad Alexandri M. p  
vixisse, sub Artaxerxe vero Mnemone Esdram ea præstuisse, quæ  
narrantur: Darium denique illum, qui Templi instaurandipotest  
ut cap. 5.& 6. scribitur, fuisse Darium Nothum. Tertio probat, dupli  
cio Iosephi, quilibro xi. Antiq. tradit 1. Sanaballetem filiam suam Na  
disse nuptrui Manasse fratri Iaduæ Pontificis: quo alludere videatur cap.  
12.v.28. De filiis autem Ioiada filij Eliasib Sacerdotis Magni gener et  
Horonites (sue Horonitæ) quem fugati à me. Erat autem Iaduas filius  
Ioiada nepos. Eodem cap:re tradit 2. Iosephus Sanaballetem, à Dar  
Persarum rege deseciste, & assumptis octo milibus de sua prouincia